

**Zeitschrift:** Der Geschichtsfreund : Mitteilungen des Historischen Vereins  
Zentralschweiz

**Herausgeber:** Historischer Verein Zentralschweiz

**Band:** 1 (1843)

**Artikel:** Liber heremi

**Autor:** [s.n.]

**Kapitel:** Duo Necrologia Einsidlensia

**DOI:** <https://doi.org/10.5169/seals-109157>

### **Nutzungsbedingungen**

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

### **Conditions d'utilisation**

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

### **Terms of use**

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

**Download PDF:** 05.04.2026

**ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>**

## DVO NECROLOGIA EINSIDLENSIA.

## I. 1)

*Januarius.*

Heinricus episcopus Lausannensis, filius Volrici Comitis de Lenze-  
burch dicti de Schennis.

Comes Sigboto de Alsacia.

Domina Irmengardis de Toggenburg, Comitissa.

Comes Fridericus de Bauaria.

Domina Hemma Abatissa, filia Vodalrici Comitis de Lenzeburch,  
dicti de Schennis.

*Februarius.**Martius.*

Comes Volricus de Bauaria. Richkarta uxor eius obiit, die . . .  
Aprilis.

Comes Hesso de . . . . . et Gisla de Battanasich uxor ejus etc.

Helibertus de Vstro nobilis.

Dietricus de Batzemberg armiger. Fuit de Familia Joannis de Suuan-  
den Abbatis nostri.

Comes Adelbero de Bauaria, obiit 6. Cal. April.

Comes Eppo de Bauaria Frater Adelberonis.

*Aprilis.*

Dominus Hermannus dux Alamannorum nomine Tertius, ordine  
Octauus. Hermanni sec . . . . ordine septimi Ducis filius .  
Obiit . . die Aprilis. A. D. 1012. Rexit annis 8. . . . obiit  
adolescentulus. Cuius pater Hermannus Dux benefactor noster  
fuit.

Ruodolfus ex Comitibus de Habespurg episcopus Constantiensis  
obiit . . die Aprilis A. D. 129 . . .

Comes Ettich de Baioaria, et Domina Vuilla uxor ejus.

Comes Volricus de Lenzeburch dictus de Schennis, et Mechtild  
uxor ejus.

Anthonius miles de Rapresuuile.

---

1) Das erste dieser Necrologien steht in Eschudis Abschrift auf S. 33 und 34.  
Beide scheinen in's XIII. Jahrhundert zu gehören.

Heinricus Cellerarius de Bricton.

Comes Chuonradus de . . . . . obiit.

*Maius.*

Hermannus Dux Alamannorum eius nominis secundus ordine septimus obiit . . die Maii A. D. 1004. Rexit Annis 7.

Chuon de Tüffen nobilis.

Chuonradus de Siggingen Monachus noster.

Chuonradus de Thuno Abbas noster, habuit tres Fratres, Quorum unus Joannes Bryennius nomine Imperator Græcorum fuit. Alter . . . . nomine episcopus Saltzburgensis. Tertius Heinricus nomine Episcopus Basiliensis.

Sub hoc Abbate, in die inuentionis sanctæ Crucis, id est, 3 die Maii A. D. 1226. Monasterium nostrum flammis casu fortuito consumptum est. Quod eodem anno usque ad diem Exaltationis sanctæ Crucis, id est, 14 die Septemb. ipse Abbas reparauit, obiit . . die Maii A. D. 1234.

Lampertus episcopus Constantiensis obiit . . die Maii A. D. 1018.

Rexit Annis 23. episcopus electus A. D. 995.

Ruodolfus Abbas huius nominis primus obiit . . die Maii A. D. 1101.

*Junius.*

Domina Richenza de . . . . . Coniunx Comitis Adelberonis de Ba-uaria de quo supra. Berchtoldus de Vuisendangen.

Philippus Rex occisus est apud Babenberg a quodam Comite, sub respectu pacis . . die Junii. Fuit Rex Mansuetus.

*Julius.*

Lüpoldus Comes et Marchio in Orientali Baioaria.

Domina Ita Ducissa Lotharingiæ Mosellanæ, Coniunx Comitis Ratebotonis de Vuindonissa (Cuius Cænobium Murense hæreditarium fuit.)

Domina Mechtild, soror Imperatricis Gislæ coniugis Chuonradi secundi Imp. (qui A. D. 1049 obiit) obiit . . die Julii.

Burckardus de Suuanden nobilis ex Clarona, Commendator domus in Buchse, Joannis Abbatis nostri frater. Magister fuit totius ordinis Teutonicorum in partibus Cisirhenanis.

Chuonradus de Suueinhein.

*Augustus.*

Chuonradus Dux Alamannorum nomine primus, ordine sextus obiit . . die Augusti A. D. 997. (melius WORMATIÆ bello Vngarico occisus. 4. Idus Augusti 955 anno.)

Comes Hesso de . . . . . maritus Dominæ Hiltgardæ, occisus est . . die Augusti.

Comes Vuernharius de . . . . . occisus est in bello Boëmannico, cum aliis pluribus.

Eberhardus episcopus Constantiensis obiit A. D. 1274.

Ruothardus episcopus Coustantiensis obiit . . die Augusti A. D. 1022.

*September.*

Ruodolfus Rex Romanorum Italicorum et Burgundiæ obiit . . die Septemb. A. D. 936. al. 938. Regnum Italicum Romanum dudum resignauerat.

Luitolfus Dux Alamannorum ordine tertius, Ottonis Magni Imp. filius, obiit . . Septemb. A. D. 957. cum rexisset Annis 9. Fuerat rebellis Ottoni Imp. patri.

Domina Gisla Comitissa de Lenzeburch dicta de Schennis obiit.

*October.*

Domina Ita, mater Comitis Vuelf de Altdorf id est Vuingarten.

Ruodolfus Dux Alamannorum genitus, Comes de Rhinfelden, qui Regnum Heinrici Regis . . . . inuaserat, occisus est. 15. die Octob. id est Idibus Octobr. Anno 1080.

Ruodolfus de Suuanden nobilis ex Clarona obiit . . die Oct. A. D. Fuit Frater Anselmi Abbatis, qui obiit A. D. 1267.

*Nouember.**December.*

Chuonradus Dux de Vuormatia, maritus Dominæ Adelheidæ . obiit . . die Decemb. A. D. 1012.

Regindrut de . . . . . Vidua Adelberonis de . . . . .

## II. 1)

*Januarius.*

Heinricus advocatus de Rapresuile obiit Cal. Januar.

Hartmannus episcopus Curiensis dedit prædia sua Vuagen et Eschibach. Fuit antea Abbas Fabariæ.

Eberhelmus de Altbürren nobilis senior dedit Badochtal.

Heinricus episcopus Lausannensis, filius Volrici Comitis de Schennis.

Comes Lantoldus Zeringen et Lutgardis uxor eius.

Comes Sigboto de Alsatia.

Irmengardis de Toggenburg.

Comes Fridericus de Bauaria.

Hemma Abbatissa, filia Vodalrici Comitis de Schennis.

*Februarius.*

Chuonradus Hunno dedit 3. Ss. et 7 Ss. pro lumine, de Bebenberg.

Comes Gotfridus dedit Slatta.

Heinricus dictus Romman plebanus in Obernkilch et Ettisuile, dedit vineam in Erlibach et possessiones in Eredingen et Lengenach ac domum in Sursee.

Gisla imperatrix dedit prædium in Steinebrunnen, obiit 16. Cal. Marcii A. D. 1043.

Comes Eberhardus dedit huobam in Baden. Cujus filius Thiemo dedit Eredingen.

Amazo dedit piscationem bonam in Aquareia (Aegeri), occisus in expeditione Longobardica.

*Martius.*

Eberhardus Abbas Fabariensis dedit Mata et Vualtersuile.

Vualtherus de Vuedisuile Monachus noster dedit Eberhartsuile, in Versines (Bärschis) et in Flumnes.

Comes Volricus de Bavaria, Richkarta uxor eius (Mense Aprilis).

Comes Hesso et Gisla de Baccanasich uxor eius.

D. Irmengardis mater Domini Hermanni Abbatis dedit prædium in Richenbach, et Molendinum in Ilnouue.

---

1) Steht in der Eschudischen Abschrift auf S. 3.

- D. Mechtild de Hiltboltsuile dedit prædium in Annauiler.  
 Bernhardus dedit Vuittenheim, cum quo Erlibach concambiatum est.  
 Helibertus nobilis de Ustro.
- D. Gisla de Humbrechtikon dedit pratum in Sunnenberg.  
 Dietricus de Batzenberg, armiger fuit de Familia Joannis Abbatis  
 de Suuanden.
- D. Albertus dedit prædium in Buchs.
- D. Erhardus, nobilis uir dedit prædium Bosinga.
- D. Reingerus de Vstro, qui fuit Aduocatus noster, dedit prædium  
 in Kalchouen.
- Chuonradus de Humbrechtikon Dapifer. dedit Hurden.  
 Comes Adelberus de Bauuaria, et Comes Eppo frater eius.

*Aprilis.*

- D. Hermannus Dux adolescentulus, filius Hermanni Ducis benefac-  
 toris nostri. (A. D. 1004.)
- Ruodolfus de Habsburg episcopus Constantiensis obiit A. D. 1293.  
 Comes Ethich de Baioaria et Vuilla uxor eius.  
 Comes Volricus de Schennis, et Mechtild uxor eius.  
 Anthonius miles de Rapresuile.  
 Heinricus Cellerarius de Britton.  
 Vuipterus de Hinderburg Monachus dedit in Herzeuile et in Rûti.  
 Comes Chuonradus obiit.  
 Hadbrecht dedit Eroltzheim.  
 Heinricus dedit in Nussboumen et in Siggingen.

*Maius.*

- Manegoldus qui Advocatus noster fuit, dedit Hœnka.  
 Hermannus Dux obiit.
- Chuon de Tueffen Nobilis.
- Otto primus Imperator obiit, fundator hujus loci, qui dedit prædia.  
 Regale, Vffennouua, Grabs, Eschentze et Bergheim, pro quo  
 Brittona cambiatum est.
- Chuonradus de Siggingen Monachus noster.
- Adelbero episcopus Basiliensis dedit Siernce, secundum adhortatio-  
 nem Bennonis fratris nostri.
- Chuonradus de Thuno abbas noster Heremit: habuit tres fratres,  
 quorum unus Imperator Græcorum fuit, Alter episcopus Salz-

burgensis. Tertius episcopus Basiliensis . Sub hoc abbate in die Inventionis S. Crucis Monasterium flammis casu fortuito consumptum est, quod eodem anno usque ad diem exaltationis S. Crucis ipse Abbas reparavit. Actum A. D. 1226. Comes Arnolt, Vodalrici de Schennis filius. dedit Molendinum in Buoas, et huobam in Meli.

Bilidruth, Mater Reginboldi de Rapoltstein dedit prædium obern Basla.

Lampertus Constantiensis episcopus fuit annis 30. episcopus.

D. Ita (Ducissa) dedit Siernza, fuit uxor Luitolfi Ducis Alamanorum.

D. Mechtild Ducissa, Luitolfi Ducis et Ita Ducissa præfatorum filia, dedit grunouua, pro quo concambiatum est Scheleien (Schliengen).

Ruodolfus Abbas huius nominis primus huius loci.

#### *Junius.*

Ernst Dux obiit.

Chuonradus Imp. interueniente Gisla Regina dedit . . . . prædium Steinibrunnen. obiit 2. Non. Junii. A. D. 1039.

D. Richenza coniunx Comitis Adelberonis de Bauaria de quo supra 6. Cal. April.

Megingoz Monachus dedit huobam in Sibeneich a parentibus hæreditatam. Berchtoldus de Vuisendangen.

Comes Diemo dedit Aeredinga et Rieda. — Vide supra . Thimo Eberhardi de Baden filius.

Philippus Rex occisus apud Babenberg, a quodam Comite, sub respectu pacis. Fuit Rex mansuetus.

#### *Julius.*

Lúpoldus Comes et Marchio in orientali Baioaria.

Dietricus Advocatus noster in Riegale, et Hesso filius eius ibidem etiam Advocatus noster.

D. Ita, conjunx Comitis Ratbotonis de Vuindonissa. Cuius cœnobium Murense hereditarium fuit.

Ruodolfus de Grabs dedit pratum Hugebül (al. Heingebül).

Comes Ruodolfus dedit prædium in Rüti.

D. Mechtild soror Imperatricis Gislæ.

Burkardus de Suuanden Commendator Domus in Buchse, Joannis Abbatis frater, fuit Magister totius ordinis Theutonicorum in partibus Cisirhenanis.

Chuonradus de Suueinhein.

*Augustus.*

Benedictus episcopus et pater Metensis ab hostibus suis obcæcatus A. D. 927. reliquum uitæ suæ hic degebat et hic sepultus est, dedit Uffenowe.

Comes Hermannus de Froburg dedit prædium Rore.

D. Regelinda cum filio suo Burcardo Duce, dederunt Steueia, Kaltbrunnen et Lindouue.

Chuonradus Dux . . . . . (puto occisum 4. idus Augusti bello Ungarico, Dux Vuormatiæ).

Comes Hesso maritus Dominæ Hiltgardæ occisus est.

Comes Vuernharius occisus in bello Bœmannico, cum aliis pluribus.

Comes Landolt, dedit prædium, cum quo Meils commutatum est.

Eberhardus episcopus Constant. obiit.

Ruothardus episcopus Constant. obiit.

*September.*

Ruodolfus Rex Romanorum de Burgundia obiit A. D. 936.

Luitolfus Dux Alamannorum obiit. Fuit rebellis Ottoni imp. patri.

D. Gisla Comitissa de Schennis obiit.

Luitgardis Comitissa, uxor Comitis Chuononis (postea Cuonradus uocatur) occisi, dedit prædium in Aqua regia et in Vuangen quartam partem.

*October.*

Eberhardus Monachus dedit Basselstorf

D. Ita, Mater Comitis Vuelf.

A. D. 1080. Idibus Octb. Ruodolfus Dux Alamannorum occisus, qui regnum Heinrici Regis loco inuaserat.

Ruodolfus de Suuanden nobilis obiit. Fuit Frater Anshelmi Abbatis.

Vuilleburgis obiit. Dedit prædium in Raprechtsuiler.

Gebene Abbas Fabariensis obiit. dedit prædium Lintzikouen.

*November.*

Burchardus Dux Junior obiit. qui ut supra patet, cum matre sua Regelinda dedit Steuegia (Stäfis) Kaltbrunnen et Lindenouua.

Comes Otto obiit, qui dedit huobam in Bartenheim.

Lütoldus de Regensberg Nobilis, qui fundauit Rüte. Cœnobium  
Vare nobis subjecit.

Ruopertus de Küssenacho, dedit prædiola in Rüti, in Rieden et  
in Toggeuile.

Comes Chuonradus occisus est, qui ut supra patet, dedit partem  
prædii sui in Aqua regia (Aegeri) et in villa Vuangen.

Ruodolfus advocatus de Rapresuile dedit vineam Herlegi.

Kerhart, pater Hartmanni episcopi . . . . dedit Ecclesiam Vuagen.

*December.*

Comes Luitfridus dedit prediolum in Husen.

Guota de Grabs per D. Heinricum de Grabs dedit Vineam an dem Steige.  
Otto secundus Imp. obiit. Dedit Berouua.

Otker abbas Desertinensis Frater Vuirandi Abbatis nostri obiit.  
Dedit duo prædia in Linzinkouua.

Hermannus Dux Alemannorum obiit, Adjutor Eberhardi fundatoris  
nostri. Dedit proprietatum suam in Campessia (Gamps) et  
Vtenuuiler. Villulis, et ipsum locum Monasterii nostri redemit  
ab hæredibus, et in liberum jus redegit.

Gerungus dedit portionem patrimonii sui in Villa Meilis, et in  
Villa Mediolano. (Meilen).

Eppo de Lengenbach dedit Hermanno Abbati portionem in Lengenach.  
Chuonradus Dux de Vuormatia, maritus Dominæ Adelheidis obiit.  
Regindrut vidua Adelberonis.

Berchtoldus de Kaltbrunnen Miles . dedit pratum in Krinnegge.

Anshelmus de Suuanden Abbas, turrin in Pfefficon bene uallatam  
construxit.

In Tschudi's Abschrift des liber heremi folgt nun noch unter dem Titel „Recitatio præfatarum donationem compendiosa“ eine Reihe von Vergabungen, welche wir, da sie nichts Neues enthalten, hier nicht beifügen.

Eben so bleiben auch die Regesten der einstädtlichen Kaiserurkunden füglich weg, da sie einerseits nicht eigentlich zu dem liber heremi zu gehören scheinen, und anderseits später an einem andern Orte passender erscheinen dürften.

